

IVLIVS ALEXANDRINVS CAESAREVS MEDICVS.



Ivlus honesta familia natus, & in omni genere literarum à teneris annis optimè institutus fuit. Is cum prima artium & linguarum fundamēta ie- cisset, se hinc inde ad uarias Academias contulit, atq; Philosophiæ et Medicinæ diligentem ope ram nauauit. Itaq; factum ut suprema earum scien tiarum insignia sibi compararit. Erat is artis Medicæ peritissimus, quam etiam magna hominum admiratione felicis successu exercuit. Id cum Ferdi nandus Imperator cognouisset, eum ad suam cu riam uocauit. atq; ei sui corporis curam commisit. Ibi non modò Iulius Cæsaris familiæ, sed etiam e xteris hominibus medicamina exhibuit, & talis fuit, ut cunctis esset gratissimus. hinc factū ut eius consilia etiam longinquius expeterent. Is anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, cum Ma ximilianus Ferdinandi filius Franckoforti Cæsar eligeretur, cum suo Imperatore interfuit, & ob rerum usum omnibus innotuit. Huius laudes in mea præ sentia Salisburgi à uiris doctis celebratae, ut meritò eum huic operi inserere uoluerim. Anon.